# Copia de la

# crónica de los reyes visigodos, *sacada*

***por el señor D. Juan Bautista Pérez de un códice antiquísimo de Soria, e ilustrada con notas y correcciones de su mano, conforme se halla entre sus mss. en el archivo de la santa iglesia de Segorbe***

* * *

Biblioteca Virtual de
Pensamiento Político Hispánico
*Saavedra Fajardo*

* * *

*Copia de la crónica de los reyes Wisegodos, sacada por el señor D. Juan Bautista Perez de un códice antiquísimo de Soria, é ilustrada con notas y correcciones de su mano, conforme se halla entre sus mss. en el archivo de la santa iglesia de Segorve.* (V. pag. 215.)

In nomine Dómini incipit chronica regum Wisegotorum (*e*).

*Era CCCC* (*f*) in gothis primus Rex Atanaricus efficitur. Post hunc Alaricus. Quo in Italia mortuo, Athaulfus eligitur. Isto regnante, Gotthi relicta Italia Gallias, ac post Spanias occupant. Anni vero regum hac summa notantur.

Atanaricus rg. an. XIII.
Alaricus rg. an. XXVIII. in Italia.
Athaulfus rg. an. VI.
Sigericus rg. an. VII. (*g*).
Walia rg. an. III.

(*a*) O. *etsi.*
(*b*) O. *Philomelæ.*
(*c*) O. *visus.*
(*d*) *Pompeium* putat legendum Alvar Gomez, propter trophæa Pyrenei.

(*e*) Ex códice gotthico Soriensi, post historiam Juliani de rebellione Pauli.
(*f*) Isidorus ait *Era CCCCVII.*
(*g*) Sigerico dat Isidorus minus ann. In-co. Pithei *semis D.*

Theudericus rg. an. XXIII. (*a*).
Turismundus rg. an. III. (*b*).
Theudericus rg. an. VII. (*c*).
Euricus rg. an. XX. (*d*).
Alaricus rg. an. XXIII.
Gesaleicus rg. an. III. (*e*), et in latebra rg. an. I.
Item Theudericus de Italia in Spania tutelam agens Alarico (*f*) nepoti suo perconsors an. XLI. (*g*).
Amalericus rg. an. V.
Theudis rg. an. XVI. (*h*) mens. I. (*i*).
Theudisclus rg. an. I. mens. V. (*j*) dies XIII.
Agila rg. an. V. mens. III.
Athanagildus rg. an. XV. mens. VI. vacante regnum mens. V. et alibi XIII.
Liuba rg. an. I.
Leubegildus rg. an. XVIII. (*k*).
Reccaredus rg. an. XV. mens. I. (*l*). dies X.
Liuba rg. an. I. (*m*).
Witterícus rg. an. VI. mens. X.
Gundemarus rg. an. I. mens. X. dies XIII.
Sisebutus rg. an. VIII. mens. VI. (*n*) dies XVI.
Reccaredus rg. an. III. (*o*).
Suintila rg. an. X.

(*a*) *Theuderedus XXXIII.* in cod. Pithei. *ann. XXXIII.* ait Isidorus, et ita in cod. Ovetensi in hoc chronico.

(*b*) In cod. Ovetensi dicitur: *alibi unum.*

(*c*) *An. XIII.* ait Isidorus et ita in cod. Ovetensi.

(*d*) *XVII.* in cod. O. *XV.* in Pitheo.

(*e*) *Alibi XV.* dicitur in cod. O. et Pitheo.

(*f*) *Amalarico* in cod Ovet.

(*g*) Pitheus *per consules. XLI;* forte XV. Ita in cod O.

(*h*) *XVII.* in cod. O.

(*i*) Pitheus *mens. VI.*

(*j*) *Mens. VI.* in C. O. et Pitheo.

(*k*) Ita Pitheus; in ovet. *XIII.*

(*l*) *Mens. VI.* Pitheus.

(*m*) Pitheus, *et mens. VI.*

(*n*) Pitheus *ms. XI.*

(*o*) Pitheus an. III.—Isidorus ait: *Paucos dies.* In Ovet. dicitur *menses III.*

Sisenandus rg. an. III. mens. XI. dies XVI. (*a*).

Chintila rg. an. III. mens. VIII. dies IX.

Tulga rg. an. II. ms. IIII.

Cindasvindus rg. solus an. VI. ms. VIII. dies XX. (*b*).

Item cum filio suo dmo. Recesvindo rege, regnat an. III. ms. VIII. dies XI. (*c*).

Obiit calendis octobris, Era DCLXXXXI. (*d*).

Recesvindus rg. an. XXIII. mens. VI. dies XI. (*e*).

Obiit calendis septemb. die IIII. feria *O. III.* (*f*). Era DCCX. anno incarnationis Domini nostri Jesu-Christi Era DCLXXII. anni Cycli Decemnovenalis VIII. luna III. Item cum patre suo rg. an. IIII. mens. VIII. (*g*) dies XI.

Suscepit autem gloriosus dominus Wamba regni gubernacula eodem die quo ille obiit in supradictis calend. semptemb. dilata unctionis solemnitate usque in diem XIII. calend. octob. luna XXI. Era qua supra DCCX.

Item quoque gloriosus Wamba Rex regnat an. VIII. mens. I. dies XIIII. (*h*). Accepitque pœnitentiam prædictus Princeps die dominico exeunte, hora noctis prima, quod fuit pridie idus octobr. luna XV. Era DCCXVIII. (*i*).

Suscepit statim succedenti die II. feria gloriosus domnus Eruigius regni sceptra, quod fuit idus octobris L. XVI. (*j*) Era DCCXVIII. dilata unctionis solemnitate usque in superveniente die dominico quod fuit XII. (*k*)

(*a*) Desunt in cod. Moralis. *an. IIII.*; *III.* Pitheus.

(*b*) *Mens. IX. dies IX.* in cod. Moralis.

(*c*) *An. IIII. mens. VII. dies XI.* in cod. Moralis. *An. IIII. mens. VIII. dies XII.* Pitheus.

(*d*) *Prid. Kal. Era DCLXI.* in cod. Moralis.

(*e*) *An. XIII. mens. VII. dies XI.* Pitheus.

(*f*) *Hora tertia* dicitur in cod. Moralis, et Pitheo.

(*g*) *Mens. VII.* in cod. Moralis, et Ovet.; *VIII.* in Pitheo.

(*h*) *An. IX. mens. I. dies XIIII.* in cod Moralis, O.

(*i*) *XVIII.* Pitheus. *XIX.* in cod. Moral.; sed falsò.

(*j*) *Luna XVI.* Pitheus. Deest in cod. Moralis.

(*k*) *XIIII.* Pitheus.

calend. novembr. L. XXII. Era qua supra DCCXVIII.

(*) Idem quoque gloriosus Eruigius Rex regnat annos *VII.* (*a*) diebus XXV. in quo die in ultima ægritudine positus elegit sui successorem in regno gloriosum dominum Egicanem; et altera die quod fuit XVII. Kals. septembr. (*b*) die sexta feria sic idem dominus Eruigius accepit pœnitentiam, et cunctos seniores absolvit, qualiter cum jam dicto principe glorioso domno Egicane ad sedem regni sui in Toleto accederent.

Unctus est autem domnus noster Egica in regno in ecclesia sanctorum Petri et Pauli Prætoriensis sub die VIII. Kal. decembr. die dominico luna XIIII. Era DCCXXV.

Unctus est autem Vitiza in regno die quod fuit XVII. Kal. decemb. Era DCCXXXVIII. (*c*). FINIS.